

283. **O. tetraskelidion** Kränzl. n. sp. — Radices copiosae, longae. Pseudobulbi a latere visi ovati, subcompressi, obscure tetragoni, costa 1 utrinque in lateribus, nitidi, monophylli, foliis 2 longe vaginantibus suffulti, additis utrinque cataphyllis quibusdam, fere 4 cm longi, basi ultra 2 cm lati. Folia basi arcte complicata, quasi petiolata. oblonga, obtusa, apice obliqua, crassiuscula, coriacea, 8 ad 10 cm longa, 2,2 cm lata. Inflorescentiae 2 (ex utroque folio infrabulboso), curvulae, ascendentis, paniculatae, circ. 40 cm longae (vel forsitan longiores, summitates desunt), scapus ultra 20 cm longus, vaginulis perpaucis brevibus praeditus, rami distichi, ad 5 cm longi, pauciflori, bracteae cum ovariis triangulae, acutae, 2 ad 3 mm longae, pedicelli cum ovariis tenues, curvuli, fere 2 cm longi. Sepala libera, e basi linearis lanceolata, acuta. Petala oblongo-lanceolata, duplo latiora, obtuse acutata, omnia circ. 10 mm longa, sepala 2,5 mm, petala circ. 4 mm lata. Labellum basi arcte deflexum, lobi laterales valde reflexi, lineares, antice retusi, isthmus elongatus, linearis, lobus intermedius profunde bilobus, interposito dente conspicuo, trianguio, acuto, lobuli lineares, antice retusi, rotundati, lobis lateralibus paulo maiores ceterum similes, labellum igitur in lobos 4 subaequales divisum (quo charactere nomen sumpsi), crista labelli velutina, tuberculum satis crassum efficiens addito utrinque dente parvo, totum labellum 1,2 cm longum, lobi laterales 4,5 mm, lobuli lobi intermedii 5,5 ad 6 mm longi, isthmus 5 mm longus, omnia 2 ad 3 mm lata. Gynostemium e basi brevi tenui valde incrassatum, alae longae, angustae, superne et infra acutae, fovea stigmatica fere totam faciem gynostemii occupans, tabula infrastigmatica valde prosiliens. — Flores flavi vel lutei, concolores visi. — Fig. 22 C: a—b.

Subäquatoriale andine Provinz. Costa Rica (Endres n. 285!).

**Nota.** Speciebus pluribus characteribus etsi non gravibus a ceteris speciebus differt, tamen quoad affinitatem difficultis, nulli enim proprie affinis. Labellum praecipue lobis suis 4 fere aequalibus ab omnibus fere adhuc descriptis valde discrepat; habitu potissimum cum *O. ciurino* Lindl. comparanda videtur, a quo tamen labello omnino diversum est.